Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



per diem nec exaudies & nocte & non ad insipienciam mi
chi. V Tu autem in sancto habitas laus is
rahel. V In te speraverunt patres nostri speraverunt & liberasti eos. V Ad te clamaverunt & salui facti
sunt in te speraverunt & non sunt confusi. V Ego autem sum vermis & non homo opprobrium hominum & ab
iectio plebis. V Omnes qui videbant me aspernabantur me locuti sunt labiis & moverunt caput. V Speravit
in domino eripiat eum saluum faciat eum quoniam vult eum. V Ipsi vero considerabant & conspexerunt me diuisserunt sibi vestimenta mea & super vestem meam miserunt sortem. V Libera me de ore leonis & a cornibus unicornium humilitatem meam. V Qui
timetis dominum laudate eum universum semen iacob magnificate eum. V Annunciabitur domino generacio ventura & annunciabunt celi iusticiam eius. V Populo qui nascetur quem fecit dominus.

OF Improperium expectavit cor meum & miseriam & sustinui qui simul contristaretur & non fuit consolantem me quesiui & non inueni & dederunt in escam fel & in sitim meam potauerunt me aceto.

me am